Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uenerit in maiestate sua & patris
et sanctorum angelorum. Dico a
nobis. uere sunt aliqui hic stantes
qui nõ gustabunt mortem donec u
deant regnum dei factum est autem
post hec uerba fere dies octo. assu
mpsit petrum & iacobum & iohan
nem et ascendit in montem ut o
raret. Et factum est dum oraret
species uultus eius altera apparuit
et uestitus eius albus refulgens
Et ecce duo uiri loquebantur cum
illo. Erant autem moyses & helyas.
uisi in maiestate. Et dicebant ex
cessum eius. qui completurus erat
in hierlim. Petrus uero & qui cum
illo erant grauati erant somno
Et uigilantes uiderunt maiesta
tem eius & duos uiros qui stabant
cum illo. Et factum est dum disce
dereut ab illo. Ait petrus ad ihe
sum. Preceptor. Bonum est nos
hic esse. & faciamus hic tria tabe
nacula. unũ tibi & unũ moysi. & unũ
helye. & nesciens quid diceret. Hec
autem illo loquente facta est nubes
& obumbrauit eos & timuerunt.
Intrantibus autem illis in nubem. uo
facta est de nube dicens. Hic ē filius
meus dilectus ipsum audite. & dũ
fieret uox inuentus est ihesus sol
et ipi tacuerunt & nemini dixerunt
in illis diebus quecũque ui
derant. Factum est autem sequenti
die descendentibus illis de monte
occurrit illis turba multa. Et ecce
uir de turba exclamauit dicens.
Magister obsecro te respice in filium

meum. quia unicus est mihi. Et
ecce spiritus apprehendit illum &
subito clamat. et elidit & dissipat
eum cum spuma. et uix discedit
dilanians eum. Et rogauui discip
ulos tuos. ut eicerent eum & nõ
potuerunt. Respondens autem
ihesus dixit. O. gniatio infidelis.
& peruersa. usq; quo ero apud uos.
& patiar uos. Adduc huc filium
tuum. Et cum accederet elisit il
lum dimonium & dissipauit. Et in
crepauit ihesus spiritum immũ
dum & sanauit puerum & reddid
illum patri eius. Stupebant autem
omnes in magnitudine dei. Om
nibusq; mirantibus in omnibus
que faciebat ihesus. Dixit autem
petrus. Domine quare nos non
potuimus eicere eum. Quibus
dixit. Quia genus huius nõ eiici
tur nisi ꝓsonem & ieiunium.
dixit ad discipulos suos. Ponite
in cordibus uestris sermones istos.
filius enim hominis futurum est
ut tradatur in manus hominum
at illi ignorabant uerbum istud
et erat uelamen ante eos. ut nõ
sentirent illud. & timebant mito
gare eum de hoc uerbo. Intrauit
autem cogitacio in eos. quis eorum
maior esset. At ihesus uidens co
gitationes eorum. cordis apprehen
dens puerum statuit illum secus
se. & ait illis. Quicumq; suscepit
puerum istum in nomine meo.
me recipit. & quicumq; me rece
perit. recipit eum qui me misit